Anhang.

Die zweite Ausgabe der Pharmacopoea Germanica, welche 1882 im Buchhandel erschien, enthält eine ziemlich lange Reihe Vorschriften zur Darstellung von Medicinstoffen und Galenischen Arzneien, welche bereits die erste, im Jahre 1872 erschienene Ausgabe recipirt hatte, aber in vielfach abweichender Fassung und mit verschiedenen Abänderungen und Veränderungen. Da diese Vorschriften aus der 1. Ausgabe auch in das Handb. der pharm. Praxis übergingen und jetzt zum Theil gegenstandslos geworden sind, so folgt hier als Anhang ein jenen Veränderungen entsprechendes Excerpt der Pharmacopoea Germanica, editio altera, in alphabetischer Reihenfolge und schliesslich ein Verzeichniss der von dieser Ausgabe normirten Maximalgaben der giftigen und starkwirkenden Arzneistoffe. Laut einer Bemerkung in der Praefatio der Pharmacopoe ist überall, wo im Texte Aqua vorgeschrieben ist, Aqua destillata zu nehmen. Wo in diesem Excerpte nur Aqua angegeben ist, setze man daher auch Aqua destillata.

Excerptum

Pharmacopoeae Germanicae, editionis alterae (1882).

Acetum coloris expers vel flavum. 6 % $C_2H_4O_2$.

Acetum aromaticum paratum ex Ol. Lavand., Ol. Menth. pip., Ol. Rorismar., Ol. Junip. bacc., Ol. Cinnamomi *ana 1,0;* Ol. Citri, Ol. Caryophyll. *ana 2,0;* Spirit. Vini *300,0*; Acidi acetici diluti (30 %) *450,0*; Aquae dest. *1200,0*. Liquor per aliquot dies sepositus et interdum conquassatus filtratur. Pond. spec. 0,987—0,991.

Acetum Digitalis macerando per octo dies paratur e Fol. Digital. *p. 5,* Spirit. Vini *p. 5,* Acidi acet. dilut. *p. 9,* Aquae dest. *p. 36.*

Acetum pyrolignosum crudum et **rectificatum** contineant 6 % Acidi acetici.

Acetum Scillae maceratione paratum e Bulbi Scillae *p. 50*; Spirit. Vini *p. 50*; Acidi acet. dilut. *p. 90*; Aquae dest. *p. 360.*

Acidum aceticum continet 96 % Acidi ($C_2H_4O_2$).

Acidum aceticum dilutum continet 30 % Acidi ($C_2H_4O_2$).

Acidum carbolicum crudum cont. circiter 90 % Phenoli.

Acidum carbolicum liquefactum ex Acidi carbolici cryst. *p. 10* et Aquae dest. *p. 1* paratur.

Acidum formicicum cont. 25 % CH_2O_2. Pond. spec. 1,060—1,063.

Acidum hydrochloricum cont. 25 % Chlorohydrogenii. Pond. spec. 1,124.

Acidum hydrochloricum crudum cont. 29 % Chlorohydrogenii. Pond. spec. minimum 1,158.

Acidum hydrochloricum dilutum cont. 12,5 % Chlorohydrogenii. Pond. spec. 1,061.

Acidum lacticum. Pond. spec. 1,210—1,220.

Acidum nitricum cont. 30 % HNO_3. Pond. spec. 1,185.

Acidum nitricum fumans. Pond. spec. 1,450—1,500.

Acidum phosphoricum cont. 20 % H_3PO_4. Pond. spec. 1,120.

Acidum sulfuricum. Pond. spec. 1,836—1,840. Cont. 94—97 % H_2SO_4.

Acidum sulfuricum crudum cont. non minus quam 91 % H_2SO_4. Pond. spec. 1,830.

Acidum sulfuricum dilutum miscendo paratur ex Acidi sulfurici puri *p. 1* et Aquae dest. *p. 5*. Pd. spec. 1,110—1,114.

Aether. Pond. spec. 0,724—0,728.

Aether aceticus. Pond. spec. 0,900—0,904.

Ammonium chloratum ferratum miscendo ex Ammonii chlorati *p. 32* et Liquoris Ferri sesquichlorati *p. 9*, agitando evaporandoque calore balnei aquae paratur. Sit pulvis e rubro flavus.

Antidotum Arsenici est mixtura e Liq. Ferri sulfurici oxydati *p. 100* et Aquae frigidae *p. 250*, cui adduntur Magnesiae ustae *p. 15* cum Aquae frigidae *p. 250* contritae. Semper recenter parandum est.

Aqua Amygdalarum amararum paratur ex Amygdal. amarar. *p. 12*, quam maxime ab oleo pingui exprimendo liberatis et in pulverem subtilem redactis, commixtis cum Aquae dest. *p. 80* et Spiritus *p. 1*. Mixtura per horas 12 seposita, permittendo vapores aquosos destillentur *p. 11*, quae in receptaculo Spiritus *p. 1* continente colliguntur. Liquor in receptaculo collectus addendo quantitatem sufficientem mixturae e Spiritus *p. 1* et Aquae dest. *p. 5* paratae corrigendus est, ut partes millenae partem unam Acidi hydrocyanici (HCy) contineant.

Aqua carbolisata. *Partes* aquae *100* continent *partes 3* (tres) Acidi carbolici crystallisati. Acidi carb. liquefacti *p. 33* misceantur cum Aquae destill. *p. 967*.

Aqua chlorata contineat 0,4 % Chlori gasiformis.

Aqua Cinnamomi. Cort. Cinnamomi *p. 1*, superfusa Spiritus *p. 1* et Aquae *q. s.*, stet per horas duodecim, tum destillando *partes 10* colligantur.

Aqua Picis. Picis liquidae *p. 1*, cum Pumicis pulverati, aqua eloti, deinde siccati *p. 3* commixtae, Aquae dest. *p. 10* affunduntur, tum mixtura per quinque minutas partes horae conquassatur, postremum filtratur.

Aqua Plumbi est mixtura e Liq. Plumbi subacetici *p. 1* et Aquae dest. *p. 49*.

Argentum nitricum cum Kalio nitrico ex Argenti nitrici *p. 1* et Kalii nitrici *p. 2* componitur.

Auro-Natrium chloratum respondet mixturae ex Auri terchlorati cum Natrii chlorati *ana partibus*. Contineat 30 % Auri.

Balsamum Nucistae e Cerae flavae *p. 1*, Ol. Olivae *p. 2* et Ol. Nucistae *p. 6* liquando componitur.

Calcaria chlorata 20 % Chlori efficacis contineat.

Charta nitrata ope solutionis Kalii nitrici *p. 1* in Aquae *p. 5* paratur.

Chininum ferro-citricum continet *p. 9* Chinini in *partibus centenis*. Paratur ex Acidi citrici *p. 6*, Aquae dest. *p. 500* et Ferri pulv. *p. 3*. Solutioni filtratae, tum ad spissitudinem syrupi evaporando redactae, Chininum e *p. 1,3* Chinini sulfurici Liquore Natri caustici admixto praecipitatum additur. Liquor spissior, in laminis vitreis pansus, ad siccitatem redigitur. Lamellae nitidae.

Chloroformium. Pond. spec. 1,485—1,489.

Collodium cantharidatum paratur macerando per triduum e Cantharid. *p. 50*, Aetheris *p. 80*. Colaturae *p. 42*, Lanae Collodii *p. 2* et Spiritus Vini *p. 6* in Collodium transducuntur.

Collodium elasticum ex Olei Ricini *p. 1* et Collodii *p. 49* miscendo paratur.

Cuprum oxydatum est candefactum.

Decoctum Sarsaparillae compositum fortius paratur e Rad. Sarsaparill. *p. 100*, Sacchari et Aluminis ana *5,0*, superfusis Aquae dest. *p. 2600*. Mixturae per horas tres calore balnei aquae digestae adduntur Fruct. Anisi cont., Fruct. Foeniculi cont. *ana p. 5*, Fol. Sennae conc. *p. 25*, Rad. Liquirit. conc. *p. 10*. Colaturae decanthatae sint *p. 2500*.

Decoctum Sarsaparillae compositum mitius aequali modo paratur e Rad. Sarsaparill *p. 50*, Aquae *p. 2400*, Cort. Fruct. Citri, Cort. Cinnamomi, Fruct. Cardamomi, Rad. Liquirit. *ana p. 5*. Colaturae decanthatae sint *p. 2500*.

Elaeosacchara parantur ex Olei aetherei *gutta 1* et Sacchari pulv. *grammatis 2*. Ex tempore.

Electuarium e Senna e Fol. Sennae pulv. *p. 10*, Syrupi Sacch. *p. 40* et Pulp. Tamarind. dep. *p. 50* calefaciendo calore balnei aquae miscendoque paratur.

Elixir amarum est liquor ex Extr. Absinth. *p. 10* et Elaeosacch. Menth. pip. *p. 5* solvendo in Aquae *p. 25* et addendo Tinct. aromat. atque Tinct. amarae *ana p. 5* paratus. Liquor est paullulum turbidus.

Elixir Aurantiorum compositum. Cort. Aurant. fruct. conc. *p. 50*, Cort. Cinnamomi Cass. *p. 10*, Kalii carbonici *p. 2,5*, superfusae Vini Xerensis *p. 250* macerent per octo dies. In colatura addendo Vini q. s. ad *p. 230* redacta solvuntur *ana p. 5* Extractorum Gentianae, Absinthii, Trifolii fibrini et Cascarillae. Liquor sedimentatus filtratur. Liquor limpidus.

Elixir e Succo Liquiritiae. Praeceptum editionis primae. Liquor, si aquae *p. decem* diluitur, praebeat mixturam limpidam. Handb. II, 368 (4).

Emplastrum adhaesivum paratur ex Empl. Lithargyri *p. 500*, Cerae flavae *p. 50*, Resinae Dammar *p. 50*, Colophonii *p. 50* et Terebinthinae *p. 5*.

Empl. Cantharidum perpetuum paratur e Colophonii *p. 70*, Cerae flavae *p. 50*, Terebinth. *p. 35*, Sebi *p. 20*, Cantharid. subt. pulv. *p. 20* et Euphorbii pulv. *p. 5*.

Empl. Cerussae ex Empl. Litharg. *p. 60*, Ol. Olivae *p. 10* et Cerussae subt. pulv. *p. 35*, addendo aquae paullum coquendoque paratur.

Empl. fuscum camphoratum coquendo e Minii praep. *p. 30* et Ol. Olivae *p. 60*, tum addendo Cerae flavae *p. 15* et Camphorae cum Olei Olivae paullo contritae *p. 1* paratur.

Empl. Hydrargyri ex Hydrargyri *p. 100* cum Ol. Terebinth. terendo divisis, Terebinth. *p. 50*, Empl. Lithargyri *p. 300* et Cerae *p. 50* paratur.

Empl. saponatum ex Empl. Litharg. *p. 70*, Cerae flav. *p. 10*, liquatis et addendo Saponis medicati pulv. *p. 5* et Camphorae *p. 1* paratur.

Emulsiones oleosae ex Olei (Amygdal.) *p. 2*, Gummi Arabici *p. 1* et Aquae dest. *p. 17* emulgendo parantur.

Emulsiones seminales parantur e seminis vel fructus *p. 1* et Aquae dest. q. s., ut colaturae sint *p. 10*.

Extracta narcotica sicca ex Extracto narcotico et Radice Liquiritiae pulv. ita parantur, ut *partes 2* Extracti sicci aequent *p. 1* Extracti narcotici normalis.

Extracta narcotica soluta ex Extracti *p. 10*, Aquae dest. *p. 6*, Spiritus *p. 1* et Glycerinae *p. 3* parantur.

Extractum Absinthii ex Herbae Absinth. *p. 20* extrahendo primum mixturae ope e Spiritus *p. 40* et Aquae dest. *p. 60*, deinde mixturae ope e Spiritus *p. 20* et Aquae dest. *p. 30* maceratione paratur.

Extractum Aconiti e tuberibus Aconiti bis macerando per dies sex et per triduum ope Spiritus *p. 60*, dilutarum Aquae dest. *p. 45*, paratur.

Extractum Belladonnae. Praecept. edit. primae. Handb. I, 580.

Extractum Calami e Rhizomate Calami macerando ope Spiritus 36 $^0/_0$ vel ope mixturae e Spiritus *p. 60* et Aquae dest. *p. 90* paratur.

Extractum Chinae aquosum (i. q. frigide paratum) macerando e Cortice Chinae (succirubrae) paratur. Extractum consistentiae tenuis s. syrupi.

Extractum Chinae spirituosum i. q. Extract. Chinae Ph. editionis primae, sed e Cortice Chinae succirubrae paratur. Extractum siccum. Handb. I, 832.

Extractum Colocynthidis parum differt. Extractio maceratione efficitur.

Extractum Cubebarum. Paratio non differt. Sit densitatis mellis. Handb. I, 964.

Extractum Digitalis modo quo Extractum Belladonnae paratur, nisi quod Herbae Digitalis recentis et florentis *p. 10* Aquae *parte 1* conspersae contunduntur et exprimuntur, et residuum herbae deinde Aquae *partibus 3* mixtum denuo exprimitur. Colaturae commixtae, ad 80° C. calefactae, deinde denuo perlinteum fusae et evaporando ad *p. 2* remanentes redactae commiscentur cum Spiritu *p. 2*. Liquor saepius conquassatus post horas 24 colatur. Residuum in colatorio in lagenam bene obturandam immitttitur, admixta Spiritus diluti *p. 1*, inter calefaciendum saepius conquassando tractatur, post sedimentationem decanthatur et hic liquor limpidus liquori antea collecto additur. Filtratione peracta liquor evaporando ad extracti spissi densitatem redigitur. Loco Aquae semper Aqua dest. sumatur.

Extractum Helenii macerando ope Spiritus *36* $^0/_0$ vel mixturae e Spiritus *p. 60* et Aquae dest. *p. 90* paratur.

Extractum Quassiae. Extractio aqua dest. ebulliente efficitur. Sit siccum.

Extractum Rhei macerando ope Spiritus 36 $^0/_0$ paratur. Sit siccum.

Extractum Rhei compositum ex Extracti Rhei *p. 30*, Extr. Aloës *p. 10*, Resinae Jalapae *p. 5* et Saponis medicati *p. 20* Spiritu diluto inspersis evaporando siccandoque paratur. Sit siccum.

Extractum Sabinae ope Spiritus 36 $^0/_0$ macerando paratur. Sit spissum.

Extractum Secalis cornuti. Secalis cornuti *p. 10* cum Aq. dest. *p. 20* mixtae et per horas sex sepositae exprimuntur et residuum aequali modo tractatur. Colaturae mixtae evaporando ad *p. 5* residuas reductae et cum Spiritus diluti *p. 5* commixtae, deinde interdum agitando per triduum sepositae filtrantur et in extractum spissum rediguntur.

Extractum Strychni i. q. Extractum Strychni spirituosum Ph. editionis primae.

Ferrum carbonicum saccharatum. Sedimentum e Ferri sulfurici *p. 50*, solutis in Aq. dest. ebullientis *p. 200*, et Natrii bicarbonici *p. 35*, solutis in Aquae tepidae *partibus 500*, effectum, tum aqua fervida elotum et ab humiditate (primendo)

quam maxime liberatum additur mixturae e Sacchari lactis *p. 10* et Sacchari albi *p. 30,* tum evaporatur. Addendo Sacchari albi *q. s.* massae residuae siccae *partes 100* explentur, quae partibus decem Ferri respondent.

Ferrum jodatum e Ferri pulv. *p. 30,* Aquae dest. *p. 100* et Jodi *p. 82* paratur. Mixtura filtrata Ferri jodati *partibus 100* respondet. Ad massam pilul. praeceptum, ille liquor in patina ferrea celeriter evaporandus est.

Ferrum oxydatum saccharatum solubile e Liquoris Ferri sesquichlorati pond. spec. 1,280—1,282 *p. 30* et Sacchari q. s. paratur, ut p. 100 expleantur. Centenae partes respondent Ferri partibus tribus. Ergänzungsb. S. 432.

Ferrum sulfuricum (cryst.) e solutione aquosa Spiritum addendo praecipitatur.

Gelatina Carragen. Praeceptum Ph. edit. primae. (Handb. II, S. 726 sub 1.)

Gelatina Lichenis Islandici. Praeceptum editionis primae. (Handb. II, S. 353 sub 1.)

Infusum Sennae compositum e Foliorum Sennae *p. 5,* Aquae dest. fervidae *p. 30,* Tartari natronati *p. 5* et Mannae *p. 10* l. a. paratur.

Linimentum ammoniato-camphoratum miscendo ex Olei camphorati *p. 30,* Olei Papaveris *p. 10* et Liquoris Ammonii caust. *p. 10* paratur.

Linimentum ammoniatum miscendo ex Ol. Olivae *p. 30,* Ol. Papav. *p. 10* et Liq. Ammonii caust. *p. 10* paratur.

Linimentum saponato-camphoratum paratur solvendo Saponis medicati *p. 60* et Camphorae *p. 20* in mixtura Spirit. *p. 810* cum Glycerinae *p. 50.* Liquori Ol. Thymi *p. 4,* Ol. Rorismarini *p. 6* et Liq. Ammonii caust. *p. 50* adduntur.

Linimentum saponato-camphoratum liquidum miscendo paratur e Spirit. camphorati *p. 120,* Spirit. saponati *p. 350,* Liq. Ammonii caust. *p. 24,* Ol. Thymi *p. 2,* Ol. Rorismarini *p. 4.*

Linimentum terebinthinatum miscendo paratur e Kalii carbonici crudi *p. 6,* Saponis kalini venalis *p. 54* et Ol. Terebinth. *p. 40.*

Liquor Aluminii acetici. Aluminii sulfurici *p. 300,* solutis in Aquae dest. *p. 800* et commixtis cum Acidi acetici diluti *p. 360,* adduntur inter agitationem Calcii carbonici praecipitati *p. 130* cum Aquae *partibus 200* contritae. Post horas 24 mixtura saepius agitata in colatorium transfertur et sedimentum exprimitur. Colatura filtratur. Pond. spec. 1,044—1,046. Cont. 7,5—8,0% Alum. subacetic.

Liquor Ammonii acetici. Pond. spec. 1,032—1,034. Cont. 15% $C_2H_3O_2NH_4$.

Liquor corrosivus paratur solvendo Cupri sulfurici et Zinci sulfurici *ana p. 6* in Aceti crudi *p. 70* et addendo Aceti plumbici *p. 12.* Ex tempore.

Liquor Ferri acetici. Praecipitatum e Liquoris Ferri sesquichlorati *p. 10,* dilutis Aquae *p. 50,* addendo Liq. Ammonii caust. *p. 10* dilutas Aquae *p. 200* effectum, elotum et fortiter expressum solvitur in Acidi acetici diluti *p. 8,* tum cum Aqua *q. s.* miscetur, ut pond. sp. sit 1,081—1,083. Cont. 4,8—5% Fe.

Liquor Ferri oxychlorati. Praecipitatum addendo Liq. Ferri sesquichlorati *p. 35,* dilutas Aquae *p. 160,* ad Liq. Ammonii caustici *p. 35,* dilutas Aquae *p. 320* effectum, aqua elutum et expressum cum Acidi hydrochlorici *p.* 3 miscetur et per triduum loco tepido seponitur, tum Aquae q. s. temperatur, ut solutionis pond. spec. sit 1,050. Contineat 3,5% Ferri metallici.

Liquor Ferri sesquichlorati. Pond. spec. 1,280—1,282. Centinet 10% Ferri.

Liquor Ferri sulfurici oxydati paratur e Ferri sulfurici *p. 80,* Aquae *p. 40,* Acidi sulfurici *p. 15* et Acidi nitrici *p. 18.* Pond. spec. 1,428—1,430. 10% Fe.

Liquor Kali caustici. Pond. spec. 1,142—1,146. Cont. ca. 15% KOH.

Liquor Kalii arsenicosi. Acidi arsenicosi, Kalii carbonici et Aquae *ana p. 1*

usque ad solutionem calefactis admiscentur Aquae *p. 40* et Spiritus Melisaes compositi *p. 15*, tum Aquae purae *q. s.*, ut mixturae sint *p. 100*.

Liquor Natrii caustici. Pond. spec. 1,159—1,163. Cont. 15 % NaOH.

Liquor Natrii silicici. Pond. spec. 1,300—1,400.

Magnesium citricum effervescens. Magnesii subcarbonici *p. 25* et Acidi citrici *p. 75* cum Aquae *p. 10* mixtae siccantur et in pulverem redactae miscentur cum mixtura pulverea e Natrii bicarbonici *p. 85*, Acidi citrici *p. 40* et Sacchari *p. 20* parata. Inspergendo paullulum Spiritus et agitando granula efficiuntur.

Mel rosatum. Flor. Rosae *p. 1* cum Aquae *p. 6* per horas 24 macerata praebet colaturam, quae ad spissitudinem syrupi evaporata et cum Spiritus *copia quintupla* commixta, tum filtrata cum Mellis depurati *p .10* commiscetur, deinde evaporatur, ut *p. 10* remaneant.

Oleum cantharidatum. Digerendo e Captharid. pulv. *p. 3* in Olei Rapae *p. 10*, exprimendo filtrandoque paratur.

Oleum Hyoscyami (coctum) ex Herbae Hyoscyami conc. *p. 4*, inspersis Spiritus *p. 3*, digerendo calore balnei aquae in Olei Olivae *p. 40*, exprimendo filtrandoque paratur.

Paraffinum liquidum. Pond. spec. 0,840.

Pilulae Ferri carbonici. Praecipitatum e Ferri sulfurici *p. 50*, solutis in Aquae *p. 200*, et Natrii bicarbonici *p. 35*, solutis in Aquae tepidae *p. 500* effectum, tum elotum et cum Sacchari pulv. *p. 8* et Mellis dep. *p. 26* commixtum celeriter evaporatur, donec *p. 40* remanserint. E *grammatis 20*, admixto paululo Rad. Althaeae pulv., *pilulae 200* formantur, quae cortice Cinnamomi pulv. consperguntur.

Pulpa Tamarindorum depurata miscendo paratur ex pulpae depuratae spissioris *p. 5* et Sacchari pulverati *p. 1*.

Pulvis Ipecacuanhae opiatus miscendo paratur ex Opii pulv. et Rad. Ipecacuanhae pulv. *ana p. 1* et Sacchari lactis *p. 8*.

Pulvis salicylicus cum Talco miscendo paratur ex Acidi salicylici *p. 3*, Amyli triticei *p. 10*, Talci Veneti *p. 87*. Sit pulvis subtilis.

Sal Carolinum factitium est mixtura pulverea e Natrii sulfurici sicci *p. 44*, Kalii sulfurici *p. 2*, Natrii chlorati *p. 18* et Natrii bicarbonici *p. 36*. Mixturae *gramata 6* soluta in Aquae *litra una* Aquam Carolinam factitiam praebent.

Sapo kalinus. Olei Lini *p. 100* commixtae cum Liquoris Kali caustici *p. 135* et inter agitationem calore balnei aquae per horam dimidiam calefactae miscentur cum Spiritus *p. 25*, deinde cum Aquae calidae *p. 200*, ut massa pellucida fiat, cujus pondus evaporando ad *p. 150* redigitur. Sit massa subfusca flava, pellucida et lubrica.

Sapo medicatus paratur e Liquoris Natri caustici *p. 120*, Adipis suilli et Olei Olivae *ana p. 50*. Massa perfecte saponificata commiscetur cum Spiritus *p. 12*, deinde cum Aquae *p. 200*. Postea addendo liquorem filtratum paratum e Natrii chlorati *p. 25*, Natrii carbonici *p. 3* et Aquae *p. 80* sapo secernitur. Sapo expressus et concisus siccatur et in pulverem redigitur.

Saturatio i. q. Potio Riveri.

Species aromaticae miscendo parantur e Fol. Menth. pip., Herb. Serpylli, Herb. Thymi, Flor. Lavandul. *ana p. 2*, Caryophyllor. contus. et Cubebarum cont. *ana p. 1*.

Species laxantes (St. Germain) miscendo parantur e Fol. Sennae *p. 16*, Flor. Sambuci *p. 10*, Fruct. Foeniculi, Fruct. Anisi *ana p. 5* et Tartari dep. *p. 4*.

Folia Sennae aquae paullulo humectata Tartaro depurato pulverato quam maxime aequaliter consperguntur, tum siccata cum ceteris speciebus commiscentur.

Species Lignorum miscendo paratur e Ligni Guajaci *p. 5*, Radicis Ononidis *p. 3*, Rad. Liquiritiae mundatae et Ligni Sassafras *ana p. 1*.

Species pectorales. Praeceptum idem edit. primae nisi quod loco Fructus Anisi stellati sumitur Fructus Anisi. Handb. I, p. 243.

Spiritus Formicarum miscendo paratur e Spiritus *p. 70*, Aquae *p. 26* et Acidi formicici *p. 4*.

Spiritus Melissae compositus. Praeceptum Ph. edit. primae, nisi quod Fructus Coriandri omittendus est.

Spiritus Menthae piperitae i. q. Spir. Menth. pip. Anglicus.

Spiritus saponatus. Olei Olivae *p. 60* Liquoris Kali caustici *partibus 70* simul addendo Spiritus *p. 75* saponificatae miscentur cum Spiritus *p. 225* et Aquae *p. 170*. Pond. spec. 0,925—0,935.

Spiritus Sinapis miscendo paratur ex Olei Sinapis *p. 1* et Spiritus *p. 49*. Pond. spec. 0,833—0,837.

Spiritus Vini Cognacense, Cognac. Pond. spec. 0,920—0,924. Coloris flavi sit.

Succus Liquiritiae depuratus est extractum spissum.

Sulfur depuratum. Sulfuris sublimati *p. 100*, ope macerationis in Liquoris Ammonii caustici *p. 10* cum Aquae *p. 70* mixtis per diem unum, tum aqua eluendo ab Arseno liberantur.

Syrupus Althaeae. Rad. Althaeae conc. *p. 10* per tres horas in Spiritus *p. 5* et Aquae *p. 250* maceratae praebeant colaturae *p. 200*, quae cum Sacchari *p. 300* in syrupum partes 500 aequantem rediguntur. Sit paullum flavidus.

Syrupus Amygdalarum. Amygdalarum dulcium *p. 50* et amararum *p. 10* post decorticationem et ablutionem cum Aquae *p. 120* emulguntur. Colaturae *p. 130* cum Sacchari *p. 200* et Aquae Aurantii florum *p. 10* in syrupum rediguntur, cujus pondus *p. 340* exaequare debet.

Syrupus Aurantii corticis. Corticis fructus Aurantii conc. *p. 5* per biduum macerando in Vini generosi albi *p. 45* praebeant colaturae *p. 40*, quae cum Sacchari *p. 60* in syrupum, cujus pondus *p. 100* exaequet, transducuntur.

Syrupus Aurantii florum e Sacchari *p. 60* in Aquae *p. 20* inter ebullitionem solutis, tum addendo Aquae Aurantii florum *p. 20* paratur. Syrupus exaequet *p. 100*.

Syrupus Cerasorum e succi fermentati *p. 35* et Sacchari *p. 65* paratur.

Syrupus Cinnamomi. Corticis Cinnamomi *p. 10* in Aquae Cinnamomi *p. 50* per biduum maceratae praebeant colaturae *p. 40*, quae cum Sacchari *p. 60* in syrupum rediguntur. Pondus syrupi *p. 100* exaequet.

Syrupus Ferri jodati. Modus faciendi hactenus differt, ut e Ferri *p. 20*, Aquae *p. 300*, Jodi *p. 41* et Sacchari *p. 650* syrupus ponderis *p. 1000* aequantis efficiatur. Continet 5 % Ferri jodati.

Syrupus Ferri oxydati solubilis paratur miscendo e Ferri oxydati saccharati solubilis, Aquae et Syrupi Sacchari partibus aequalibus. Continet 1 % Ferri.

Syrupus Ipecacuanhae. Rad. Ipecacuanhae *p. 1* per biduum in Spiritus diluti *p. 5* et Aquae *p. 40* macerando praebeat colaturam filtratam ponderis *p. 40* aequantis, quae cum Sacchari *p. 60* in syrupum redigitur. Sint *p. 100* syrupi.

Syrupus Liquiritiae. Rad. Liquiritiae mundatae *p. 20*, per horas duodecim in Liquoris Ammonii caustici *p. 10* commixtis cum *p. 100* Aquae maceratae, exprimendo praebeant colaturam, quae evaporando ad *partes 10* redacta et cum Spiritus *p. 10* commixta, tum post horas duodecim filtrata cum Syrupi Sacchari *q. s.* miscetur, ut *partes 100* expleantur.

Syrupus Mannae. Colatura filtrata solutionis Mannae purae *p. 10* in Aquae *p. 40* cum Sacchari *p. 50* praebeat syrupum ponderis *p. 100* aequantis.

Syrupus Menthae. Fol. Menthae pip. *p. 10*, Spiritus *partibus 5* humectatae macerando per diem unum in Aquae *p. 50* exprimendo praebeant colaturae *p. 40*, quae cum Sacchari *p. 60* in syrupum rediguntur. Sint *p. 100* Syrupi.

Syrupus Papaveris. Fruct. Papaveris conc. *p. 10* Spiritus *partibus 5* humectatae, digerendo in balneo aquae per horam unam in Aquae *p. 50* praebeant colaturae *p. 35*, quae filtratae cum Sacchari *p. 65* in syrupum rediguntur.

Syrupus Rhamni catharticae. Succi fermentati et filtrati *p. 35* cum Sacchar *p. 65* in syrupum rediguntur. Pondus syrupi *p. 100* exaequet.

Syrupus Rhei. Rad. Rhei conc. *p. 10*, Cort. Cinnamomi *p. 2* et Kalii carbonici *p. 1* macerando in Aquae *p. 100* praebeant colaturae filtratae *p. 80*, quae cum Sacchari *p, 120* in syrupum rediguntur. Pondus syrupi *p. 200* exaequet.

Syrupus Rubi Idaei. Succi fermentati et filtrati *p. 35* cum Sacchari *p. 65* in syrupum rediguntur. Pondus syrupi *p. 100* exaequet.

Syrupus Senegae. Radicis Senegae conc. *p. 5* macerando per biduum in Spiritus *p. 5* mixtis cum Aquae *p. 45* colaturae expressae et filtratae *p. 40* praebeant, quae cum Sacchari *p. 60* in syrupum rediguntur. Sint *p. 100* syrupi.

Syrupus Sennae. Fol. Sennae *p. 10* et Fruct. Foeniculi *p. 1* digerendo per tertiam horae partem in Spiritus *p. 5*, commixtis cum Aquae *p. 45*, praebeant exprimendo colaturae *p. 35*, quae cum Sacchari *p. 65* in syrupum rediguntur.

Syrupus Sennae cum Manna miscendo e Syrupi Sennae et Syrupi Mannae *ana partibus* paratur.

Syrupus simplex paratur e Sacchari *p. 60* et Aquae dest. *p. 40*. Sint syrupi *p. 100*.

Tincturae macerando in lagena clausa per hebdomadem parantur.

Tinctura Aloës composita paratur ex Aloës *p. 6*, Rad. Rhei, Rad. Gentianae, Rhizomatis Zedoariae, Croci *ana p. 1* et Spiritus diluti *p. 200*.

Tinctura amara paratur e Rad. Gentianae, Herb. Centaurei *ana p. 3*, Cort. fruct. Aurantii *p. 2*, Fructuum Aurantii immaturorum, Rhizomatis Zedoariae *ana p. 1* et Spiritus diluti *p. 50*.

Tinctura aromatica paratur e Cort. Cinnamomi *p. 5*, Rhiz. Zingiberis *p. 2*, Rhiz. Galangae, Caryophyllorum, Fruct. Cardamomi *ana p. 1* et Spiritus diluti *p. 50*.

Tinctura Digitalis paratur e Fol. Digitalis *p. 1* et Spiritus diluti *p. 10*.

Tinctura Ferri acetici aetherea miscendo paratur e Liquoris Ferri acetici *p. 80*, Spiritus *p. 12* et Aetheris acetici *p. 8*. Cont. 4 % Ferri. Pd. spec. 1,044—1,046.

Tinctura Ferri chlorati aetherea miscendo paratur e Liquoris Ferri sesquichlorati *p. 1*, Aetheris *p. 2* et Spiritus *p. 7*. Mixtura radiis solis exponitur, tum bene insolata loco umbroso seponatur, ut denuo flavescat. Sit liquor flavus. Pond. spec. 0,850—0,854. Cont. *p. 1* Ferri in *p. 100*.

Tinctura Ferri pomata. Extracti Ferri pomati *p. 1* solvitur in Aquae Cinnamomi *p. 9.*

Tinctura Opii benzoïca paratur ex Opii pulv., Olei Anisi *ana p. 1,* Camphorae *p. 2,* Acidi benzoïci *p. 4* et Spiritus diluti *p. 192.* Cont. 0,5 % Opii.

Tinctura Opii crocata paratur ex Opii pulv. *p. 30,* Croci *p. 10,* Caryophyllorum, Cort. Cinnamomi *ana p. 2,* Spiritus diluti et Aquae dest. *ana p. 150.* Pond. spec. 0,980—0,984. Solubile ex Opii partibus 10 in 100 *p.* contineat.

Tinctura Opii simplex paratur ex Opii pulv. *p. 1,* Spiritus diluti et Aquae dest. *ana p. 5.* Pond. spec. 0,974—0,978. Solubile ex Opii partibus 10 in 100 *p.* contineat.

Tinctura Rhei aquosa paratur e Rad. Rhei *p. 100,* Boracis et Kalii carbonici *ana p. 10,* Aquae dest. *p. 900,* Aquae Cinnamomi *p. 150* et Spiritus *p. 90.* Aqua Cinnamomi postremum colaturae additur.

Tinctura Rhei vinosa. Praeceptum vix differt. Colaturae filtratae *pars septima sui ponderis* Sacchari addenda est.

Tinctura Veratri paratur e Rhizomatis Veratri *p. 1* et Spiritus diluti *p. 10.*

Trochisci Santonini. Singuli *0,025 g* Santonini contineant.

Unguentum basilicum paratur ex Olei Olivae communis *p. 45,* Cerae flavae, Colophonii, Sebi ovilli *ana p. 15* et Terebinthinae *p. 10.*

Unguentum Cantharidum paratur digerendo calore balnei aquae per horas decem Cantharid. grosse pulv. *p. 2* in Olei Olivae *p. 8.* E colaturae exprimendo collectae et filtratae *p. 7* et Cerae flavae *p. 3* fiat unguentum flavum.

Unguentum cereum constat ex Ol. Olivae *p. 7* et Cerae flavae *p. 3.*

Unguentum Cerussae paratur miscendo e Cerussae *p. 3* et Unguenti Paraffini *p. 7.*

Unguentum Cerussae camphoratum constat ex Unguenti Cerussae *p. 95* et Camphorae pulveratae *p. 5.*

Unguentum diachylon (Hebrae). Emplastri Lithargyri eluendo a Glycerina et siccando ab aqua liberati *p. 5* commiscentur cum Olei Olivae *p. 5.*

Unguentum Glycerini. Calore baleni aquae Tragacanthae *p. 1* primum cum Spiritus *p. 5,* tum cum Glycerinae *p. 50* conterendo miscentur, deinde digeruntur.

Unguentum Hydrargyri album paratur ex Hydrargyri praecipitati albi *p. 1* et Unguenti Paraffini *p. 9.*

Unguentum Hydrargyri cinereum paratur ex Hydrargyri *p. 10,* Adipis suilli *p. 13* et Sebi ovilli *p. 7.*

Unguentum Hydrargyri rubrum paratur ex Hydrargyri oxydati *p. 1* et Unguenti Paraffini *p. 9.*

Unguentum Kalii jodati. Kalii jodati *p. 20,* solutae in Aquae *p. 10* miscentur cum Unguenti Paraffini *p. 170.*

Unguentum Paraffini. Paraffini solidi *p. 1* leni calore mixta cum Paraffini liquidi *p. 4.*

Unguentum Plumbi paratur e Adipis suilli *p. 92* et Liquoris Plumbi subacetici *p. 8.*

Unguentum Plumbi tannici miscendo paratur ex Acidi tannici triti *p. 1,* Aceti plumbici *p. 2* et Adipis suilli *p. 17.* Ex tempore.

Unguentum Sabinae paratur ex Extracti Sabinae *p. 1* et Unguenti cerei *p. 9*.

Unguentum Tartari stibiati paratur e Tartari stibiati *p. 2* et Unguenti Paraffini *p. 8*.

Unguentum Zinci paratur e Zinci oxydati crudi *p. 1* et Adipis suilli *p. 9*.

Vinum camphoratum. Camphorae *p. 1*, soluta in Spiritus *p. 1*, miscetur primum cum Mucilaginis G. Arab. *p. 3*, deinde cum Vini generosi albi *p. 45*. Mixtura conquassata dispensatur.

Vinum Chinae. Tincturae Chinae, Glycerinae *ana p. 100* et Vini Xerensis *p. 300* miscentur et post hebdomades tres filtrantur.

Vinum Pepsini paratur e Pepsini, Glycerinae et Aquae *ana p. 50*, Vini generosi albi *p. 1845* et Acidi hydrochlorici *p. 5*. Mixtura per dies sex seposita et interea saepius agitata filtratur.

Liquores volumetrici Ph. Germ. editionis II.

Acidum hydrochloricum volumetricum (Normal-Salzsäure) miscendo paratur ex Acidi hydrochlorici (1,124 p. sp.) *g. 146* et Aquae dest. *q. s.*, ut *litra una* expleatur.

Liquor Amyli volumetricus. Amyli *g. 4*, Zinci chlorati *g. 20*, et Aquae dest. *g. 100* coquuntur, donec solutio effecta fuerit, tum, admixtis Zinci jodati puri sicci *g. 2*, Aquae dest. *q. s.* additur, ut *litra una* expleatur. Sit coloris expers, paullum tantummodo opalescens.

Liquor Argenti nitrici volumetricus ($^1/_{10}$-Normal-Silberlösung) paratur solvendo Argenti nitrici *g. 17* in Aquae dest. *q. s.*, ut *litra una* expleatur.

Liquor Jodi volumetricus (Normal-Jodlösung) paratur solvendo Jodi sicci *g. 12,7* et Kalii jodati *g. 20* in Aquae dest. *q. s.*, ut *litra una* expleatur.

Liquor Kalii bromati volumetricus (Normal-Kaliumbromidlösung). *Litra una* continet Kalii bromati siccati *g. 5,94*.

Liquor Kalii bromici volumetricus (Normal-Kaliumbromatlösung). *Litra una* continet Kalii bromici siccati *g. 1,667*.

Liquor Kalii hydrici volumetricus (Normal-Kalilösung) paratur solvendo Kali caustici fusi *g. 56 ad 58* in Aqua destillatae *q. s.*, ut *litra una* expleatur vel Acidi oxalici *g. 1* ad saturationem *ccm 15,9* liquoris requirat.

Liquor Kalii permanganici volumetricus. *Litra una* Kalii hypermanganici *g. 1* contineat vel *g. 0,1* fili ferrei in Acido sulfurico diluto solutum *centimetris cubicis 56,2* liquoris respondeat.

Liquor Natrii chlorati volumetricus ($^1/_{10}$-Normal-Natriumchloridlösung). *Litra una* contineat *g. 5,85* Natrii chlorati siccati.

Liquor Natrii thiosulfurici volumetricus (Normal-Natriumthiosulfatlösung). *Litra una* Natrii subsulfurosi s. thiosulfurici *g. 24,8* contineat vel *ccm 23,6* liquoris ad decolorationem Jodi *0,3 g.* soluti sufficiant. ($^1/_5$-Normallösung.)

Solutio Phenolophtaleïni paratur solvendo Phenolophtaleïni *g. 1* in Spiritus diluti *g. 100*.

Tinctura Coccionellae macerando e Coccionellae pulv. *g. 3*, Spiritus g. 50 et Aquae dest. *g. 200* paratur.